



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

21. An etiam illis qui ceperunt alteri sacerdoti confiteri, si interim  
Confessarius peste infectus mortuus fuerit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Dices. Deest in tali casu erubescencia, quæ maxima est satisfactionis pars.

*In add. ad 3. p. q. 20. ad 1.*  
 R. Quod Doctores cõmuniter dicunt, erubescenciam partem esse pœnitentiæ, nõ sic intelligi debet, quasi ad substantiam pœnitentiæ pertineat, hoc enim falsum est, quia si de facto concubinus concubinam vere pœnitentem audiret, etiam extra casum necessitatis, vere absolueret, si aliud non obstaret, secundum D. Thomam, quamvis peccaret, & in diœcesi Leodiensi excommunicationem incurreret.

### Q V Æ S T I O XXI.

*An etiam illis, qui cœperant alteri sacerdoti confiteri, si interim confessorius peste infectus mortuus fuerit.*

Quæstionis explicatio.

**C**Asus est talis: Sacerdos dum excipit confessionem peste infecti, pestẽ ab eo concipit, & subito moritur, tenebiturne pastor vel alius sacerdos eundem peste infectum accedere, & sacramentum ministrare, an vero excusabitur?

*Responsio.*

**T**enebitur accedere, & absolutionis beneficium impẽdere, quoniam necesse

esse non sit, vt in pluribus peccatis audiē-  
dis longam moram trahat, per ea quæ ante  
diximus, & in posterum dicturi sumus.

Dices. Si sacerdos sacrificās morbo cor-  
tipiatur, sacerdos succedens debet omnia  
omissa perficere, vt ex Conciliis & decretis  
pluribus colligi potest: ergo & pastor suc-  
cedens debet peccata, quæ restant confi-  
tenda, audire, & beneficium absolutionis  
impendere.

Tolet. 7. c. 3.  
Tolet. 11. c. 13  
refertur 7. q.  
1. c. nihil. &  
cap. illud.

R. Ita ordinariē fieri debere, quamuis  
inter ista duo sacramenta sit magna diffe-  
rentia, vt ex ante dictis facile est colligere.

### QVÆSTIO XXII.

*An etiam illis, qui volunt confessionem gene-  
ralem facere?*

Quæstionis explicatio.

**F**requens est, aliquem velle in mortis  
articulo confessionem generalē facere:  
tunc enim oculos mentis, quos erubescen-  
tia mundana clausit, timor diuini iudicii &  
gehennæ aperire solet, nec tunc difficulter  
quis adducitur, vt ruborem breuem apud  
vñum hominem patiat, quo Dei & Sācto-  
rum omnium confusionē perpetuā euadere  
possit: Huiusmodi occasione quæritur, an  
pastor teneatur huiusmodi generales con-

R. a. confessio